FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Philipp Jakob Spener.

Francke, August Hermann

Leipzig, 12.11.1689

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-14917

Visual Library

Gratiam abundantem ex plenitudine Jesu Christi!

Vir summe Reverende, et Magnifice,

Parens in Christo venerande!

Quas a Rebio scriptas nuper significavi literas, non ad Te sed ad Dn. Martinium destinatas, fuisse intelligo, quas recte perlatas esse jam accepit. Regulis meis nondum impressis. Morae me nondum poenituit. Sat cito, si sat bene. Sollicitat per literas Stolbergia, ut festinem, cui morem geram, et opusculum dedicabo. Apologia mea quin a Te jam visa lectaque sit, non dubito. Fiat jam voluntas Domini; me a vindicanda Dei immortalis gloria nihil dimovebit. Nostra hic per Dei Spiritum indies suavior redditur κοινωνία. Majora etiam et illustriora incrementa eminus ostendit Deus. Schmidius Argentinensis Patroni sui Werneri favore excidit, et aedibus etiam excessit. Causa fuit, quod in evidentissimam consentire iniquitatem noluerit. Responsum Tuum anxie desiderat. Comenii libellus de Bono Unitatis si recudatur haud parum lucis his temporibus allaturus videtur. Nostra si probaveris consilia, emittemus vel latinum vel germanicum, imo, nisi audax nimis facinus credideris, praefationem adjicere non dubitabo. Expectamus igitur,

quæ Tua hac de re sit sententia. Joh: Valentini Andr.
libellum de Republ: Christianopolitana Heinrichi..
et latinum et in vernaculam conversum emittet, cu..
præfationem sine ullo promisi scrupulo. Quam..
gaudent pii, se precibus suis perfrui. Redam..
certe sincero affectu, et ex spe colloquii Tuo ali-
quando perfruendi maximam jam animo præcipiu..
lætitiam. Vale, Venerande in Christo Pater
et, quod facis assidue, rem Dei Deo commenda e..

Lips. d. 12. Nov: 1689.

T. summe Reverendæ Magnific.

Filio in Christo observantissim..

M. August Hermann Francke

P. S. Dn. Rumplerus quem
a me commendari petiit
Informatorem ex voto non-
dum obtinere potui.
Malo nullum quam ineptum
commendare, imprimis ubi
tanta opus est prudentia.